Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26084
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hoc habere debet quando est et non esse debet hoc enim coniugium est et hanc coniugium

individuam societatem ad coniugium pertinere. Unde dictum est quod hanc coniugium exigit sine qua consistere quidem non potest. Sicut baptismi est remissionem peccatorum conferre unde dicitur quia baptismum remissionem omnium peccatorum confert. Et sic sacramenti corporis Christi virtus est societatem et participacionem Christi conferre unde dicitur quia susceptio corporis Christi confert spiritalem participacionem Christi. Tamen qui ficte baptismi sacramentum accipit remissionem peccatorum non percipit. Et qui indigne manducat corpus Christi nequaquam per id meretur spiritalem participacionem Christi. Sic quoque et haec ad illa pertinere dicuntur tamen illa sine istis aliquociens inveniuntur. Nec tamen minus ad illa pertinent quia sine istis sunt illa quando videlicet sunt ubi esse non debent. Ita quoque quos esse non debet minime est sine individuam societatem ad coniugium pertinere dicimus. Cum tamen coniugium sine illa inveniamus quando scilicet esse non debet. Quod si in certo coniugium sacramentum non esse dicunt quia hoc non habet quod habere debet quando est ubi esse non debet dicant similiter baptismi sacramentum verum non esse a ficto accessum ubi baptizatur nec esse quod indigne percipitur quia illic spiritalis participacio Christi non confertur. Intelligant ergo quia quociens eis verum spiritales effectus sacramentis divinis attribuuntur non ipsorum sacramentorum exprimitur in quo quod non est verum dicitur quod secundum verum sacramentis digne abutencium futurum sit sed pocius quod ex ipsis secundum efficaciam gracie spiritalis quantum in ipsis est semper invitate abutencium non remaneat si possit. Qui ergo hic coniugium habere dicit hoc utique dicere voluit quia coniugium hoc quantum in se est habere debet et si fuit non esse debet sed aut forte non fuit ubi esse debuit. Non minus est suo carens at quod habere debuit neque idcirco minus ipsum est sacramentum quando est quantum minus utile sit illi in quo est. Ad hunc modum putamus quod quedam coniugia non dici posse quam

quare remissionem peccatorum non operatur et verum corpus Christi non esse

duri secundum iudicium ecclesie rata habentur quod tamen praemodum exigentibus causis legitimis recte solvuntur. Insuper ea contra ecclesie prohibitionem pertinaci presumptione tenentur illicite et illegitime copulaciones iudicantur. Non tamen haec de omnibus sicut supra memoravi sic sciendum estimavi. Nam facta horroris ex[illegible]cte cusacione nulla legitimorum nomen potuerunt retinere. Aliud est de illis que non criminaliter peccantur ut videlicet si quis infra septimum aut sextum aut quintum forte aliquis quintum gradum lineam propinquitatis ignorans contraxerit quod est non tam contra naturalem sive antiquam legalem institucionem quantum contra subsequentem ecclesie precepcionem esset. Legimus quod beatus Gregorius Anglis noviter ad fidem conversis ne forte christianam religionem horrerent dispensatorie concessit a quinto gradu consanguinitatis coniugia copulare in quo apparet quia ea quandoque aliquando dispensacionem admittunt ut licite manifeste fiant excusacionem habent et insuper concessionem ignorantie fiant. Et ideo certo fortassis eis verum quando diu latent omnino ignorancia convenienciius estimantur excusari quam tamen manifesta facta quia contra precepcionem sunt non debent tolerari. Haec autem dictas esse illos qui putant coniugium non posse omnino dici quod aliquando dissolvi potest.

De his qui putant esse inter illegitimas personas consensum ad invicem habitum coniugium facere.

Alii non minus precipiti estimacione incertiam affectionem ferunt in tantum ut dicant quod liberi illegitime persone fiunt et quia professionis sive ordinis pari consensu ad invicem facto coniuges esse non sacerdotes continenciam professos summos sacerdotes non monachos aut sacras virgines ab hac lege